gericht unde gesůnet sin. *Mit ihnen geloben als Bürgen Hans Tro̊czeler, Nikel von O̊bernicz und Hans von Polencz.* Des czu orkůnde haben wir Werner List, Ditherich von Rosla, Nikel von Wolframstorff, Hans von Sparrenberg unde Gerhard von Vlrichstorff sachewaldigen unde wir burgen vorgnant unser insigele beynander an dysen brif laßen hengen, des wir andern sachewaldigen vorgeschriben mit yn hiran gebrůchin. Gegeben czu Missen — dryczen hundirt iar dornach in deme nůn unde nůnczigisten iare an dem nesten sůnabende vor send Margarethen tage der heiligen iuncfrouwen.

255.

Anglesia, die Tochter des Bernabo Visconti, ertheilt dem Paganinus de Blassono Vollmacht zu Verhandlungen über eine Vermählung mit Markgraf Friedrich IV. von Meißen. **Pavia, 1399 Juli 22.**

Hdschr.: Gleichzeit. Abschr. Staatsarchiv Mailand Registro Ducale B alias N fol. 96.
Gedr.: Regest Archivio Storico Lombardo III. 2,303.
Anm.: Gedruckt nach einer von der Direction des Staatsarchivs zu Mailand mitgetheilten Abschrift. — Wörtlich gleichlautende Vollmachten der Anglesia für denselben zu Verhandlungen wegen Vermählung mit den beiden Brüdern Mkgrf. Friedrichs IV., Wilhelm II. und Georg, von dems. Dat. ebenda fol. 96^b. *97. Regesten a. a. O. 304. — Vergl. Wenck im N. Arch. f. Sächs. Gesch. 16,33 und in Mitth. d. Inst. f. österreich. Gesch. 18,93 f.*

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo nono, indictione septima, die vigesimo secundo mensis iullii, hora parum post vigesimam primam horam, extra castrum Papie illustrissimi principis et excellentissimi domini domini ducis Mediolani etc., Papie, Anglerie Virtutumque comitis ac Pisarum domini videlicet super strata existente inter dictum castrum et viridarium prefati domini illustris ac inclita domina Anglexia nata quondam magnifici et excelsi domini domini Bernabovis Vicecomitis in conspectu, voluntate et consensu illustrissime et excellentissime domine domine ducisse Mediolani etc. consortis prelibati illustrissimi principis domini Iohannis Galeaz ducis Mediolani etc., non per errorem sed sponte et ex certa scientia omnibus meliori iure via modo causa et forma, quibus melius potuit et potest, fecit, constituit et ordinavit ac facit, constituit et ordinat nobilem ac circumspectum virum Paganinum de Capitaneis de Blassono ducatus Mediolani presentem comitem latarinensem pallatii ipsius domine Anglexie verum nuntium missum et procuratorem et quicquid melius dici et esse potest ad firmandum et contrahendum nomine ipsius constituentis matrimonium per verba de presenti cum illustri principe domino marchione Federico genito quondam illustris principis et domini Federici marchionis Misnensis et ad promittendam ipsi domino marchioni Federicho dotem, donationem et donaria sive iocalia, de quibus dicto procuratori videbitur, et ad faciendas quascumque promissiones, confessiones, obligationes et iuramenta, que in predictis et circha predicta fuerint utilia et necessaria et quas et que prefata domina Anglexia facere posset, si presens adesset, dans, concedens et mandans dicto eius procuratori in predictis et circha predicta plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administratione et totaliter vices suas, eo modo videlicet quod totum, quicquid dictus procurator in predictis et circha predicta fecerit et gesserit, omne et totum predicta domina Anglexia promisit michi notario infrascripto recipienti et stipulanti nomine et vice omnium quorum